

neminem ex barbaris vidit. Itaque continuo venit ad hanc lau- ram Capatha: manseruntque jam in spelunca, Dei se prote- gente gratia, annos triginta quinq. Ex Prat. Spirit. Sophron. cap. 20. Baron. 7. an. Dom. 540. 44.

PATROCINIUM SANCTORUM IN MORTE Catholicorum.

Hugo Patristicus S. Victoris Canonicus, religione, & litera- rum scientia clarus, & in septem liberalium artium peritia nul- li sui temporis secundus obiit: qui inter multa, quae utiliter scripsit, etiam librum de Sacramentis valde necessarium duo- voluminibus comprehensum edidit; in cuius libri volumine quiddam mirabile inexistit de quodam peregrino, quem dia- bolus in S. Jacobi specie apprensus ad hoc seduxit, ut propria manu se interficeret; cumque eum diabolus secum traheret, S. Jacobus superueniens eripuit eum de manu illius, & multa ei ostendens ante iudicium Dei statuit, atque, ut defuncto vite redderetur, obtinuit. Chron. Sigeberti ad an. Dom. 1140.

Sed neque hoc filebo, quod vir venerabilis Abbas Step- hanus, qui non longe ante hoc tempus in hac urbe defunctus est, quom ipse etiam bene nosti, in provincia eadem Nursiae con- tigit esse referat. Aiebat enim, quod illic presbyter quidam commissam sibi cum magno timore Domini regebat Ecclē- siam. Qui ex tempore ordinationis accepta praesbyteram suam ut sororem diligens, sed quasi hostem cavens ad se propius accedere nunquam sinebat, cumque sibi met appropinquare nullo occasione permittens ea sibi familiaritatis communionem absciderat. Habent quippe sancti viri hoc proprium: nam ut semper ab illicitis longe sint, ad se plerumque etiam licita ab- scindunt. Unde idem vir ne unquam per eum incurreret cul- pam, sibi etiam per illam ministrari recusabat necessaria. Hic ergo venerabilis presbyter cum longam vitam impleisset eta- tem: anno quadragesimo ordinationis suae in adulescentia gra- viter febre ad extrema deductus est. Sed cum eum presbyteria sua conficeret solutus iam membris quasi in morte dissentum, si quod adhuc ei vitale spiramen inesset, naribus ejus apposita curavit ante dignoscere. Quod ille sentiens, cui tenuissimum inerat status, quantum adiuvi valuit, ut loqui potuisset, in- fersescente spiritu collegit vocem, atque erupit, dicens: Recede a me mulier, adhuc igniculus vivit, paleam tolle. Illa igitur recedente, crescente virtute corporis, cum magna coepit laetitia clamare, dicens: Bene veniant Domini mei, Bene veniant Domini mei: quid ad tantillum servulum ve- strum estis dignati convenire? Venio, venio, gratias ago, gratias ago. Cumque hoc iterata voce crebro repeteret, qui- bus hoc diceret, moti sui, qui illum circumsteterant, requi- rebant. Quibus ille admirando respondit, dicens: Nun- quid hic convenisse sanctos Apostolos non videtis? B. PETRUM, & PAULUM primos Apostolorum non adspicitis? Ad quos iterum conversus dicebat: Ecce venio, ecce venio, atque inter haec verba animam reddidit. Et quia veraciter sanctos Apo- stolos viderat, eos etiam sequendo testatus est. Quod plerumque contingit iustis, ut in morte sua Sanctorum praecellentium visiones adspiciant, ne ipsam mortis suae poenae- lentiam sentiant pertimescant, sed dum eorum menti interno- rum civium societas ostenditur, ad carnis suae copula sine do- loris, & formidinis fatigatione solvantur. Greg. Magn. lib. 4. Dialog. cap. 11.

Qua de re neque hoc fileam, quod Probus omnipo- tentis Dei famulus, qui nunc in hac urbe monasterio praesto est, quod appellatur Reatum, de Probo Patruo suo Reacine civitatis Episcopo mihi narrare consuevit, dicens: Quia ap- propinquante vite ejus termino cum gravissima deprestit egri- tudo, cuius pater nomine Maximus pueris circumquaque D transmissis colligere medicos studuit, si fortasse molestiae sub- veniri potuisset. Sed congregati vicinis locis undique Medici ad tactum venae denuntiaverunt ejus exitum citius assuturum. Sed cum jam tempus refectionis incumberet, atque diei hora tardior excrevisset, venerandus Episcopus de illorum po- tuiti quam de sua salute sollicitus, eos, qui aderant, ad- monuit cum sene patre in superioris Episcopii sui partes ascendere, seque post laborem refectioem reparare. Omnes igitur ascendentes domum, unus ei tantummodo parvulus relictus est puer, quem tunc quoque praedictus Probus asserit superesse. Qui dum lecto jacens adfiteret, subito adpexit intrantes ad virum Dei quosdam viros stolis candidis amictos, qui eundem quoque candorem vestium vultum suorum luce vivebant. Qua splendoris etiam claritate percussus, quinam illi essent, emissa cepit voce

clamare. Qua voce etiam Probus Episcopus commotus in- trantes eos confexit, & agnovit: atque eundem stridentem E vagientemque puerum consolari cepit, dicens: Noli time- re: quia ad me S. JUVENALIS, & S. EULYTHERIUS martyres venerunt. Ille autem tantae visionis novitatem non ferens, cur- su concito extra fores fugit, atque eos, quos viderat, patri, ac medicis nunciavit. Qui concite descendentes, sed agrum quem reliquerat, jam defunctum invenerunt, quia illi eum secum tulerant quorum visionem puer ferre non potuit, qui hic remansit. Idem ibid. cap. 12.

Anno Dom. 595. Aredius terras relinquens, vocante Do- mino, migravit ad caelum: Lemovicinae urbis incolae fuit: non mediocribus regionis suae ortus parentibus, sed valde in- genuis. Hic relicto Regis palatio virum eximia sanctitatis Ni- cetaum Episcopum Treuticensem (ut ipsi ab eo, praec- ptum fuerat, eo quod in ejus vultu nescio quid divinum cerneret) fecutus est. Ad hoc ergo beato Sacerdote correctus, ab eo doctus, ab eo imbutus; ac in divinis voluminibus ab eodem exercitatus multis virtutes, Christo cooperante, com- plevit. Advenit autem quodam tempore Turonos post festi- vitate B. Martini: ibique paulum commoratus, praedixit, se haud longavo tempore adhuc in hoc mundo retinere, ac certe velocitus dissolvi, & valedicens, abscessit, gratias agens Deo, quod priusquam obiret, sepulchrum beati Anstusius of- culari promerisset, cumque cellulam suam accessisset, testa- mento condito, ordinatis omnibus, ac S. Martino, Hilario- que Antistitibus haeredibus relictis agrotare cepit, ac dyfen- teria morbo gravari. Sexta quoque agrotationis ejus die, mulier, quae a spiritu immundo seipsum vexata a Sancto emundari non poterat: ligatis per se a tergo manibus, clamare cepit, ac dicere: Currite cives, exilite populi, exite obviam mat- tyribus, Confessoribusque, qui ad exequium B. Aredii conveniunt. Ecce adest Julianus a Brivate, Privatus ex Mimale, Martinus a Turonis, Martialisque ab urbe propria: adest Saturninus a Tholosa, Dionysius ab urbe Parisiaca, non- nulli & alii, quos celum retinet, quos vos, ut Confessores, & Dei Martyres adoratis. Haec cum in exordio noctis clama- re cepisset, a domino suo revincta est: sed nequaquam po- tuit contineri. Quorumpens vincula ad monasterium cum his vocibus prorare cepit, moxque beatus vir spiritum tradidit, non sine testimonio veritatis, quod sic susceptus ab Angelis. Tur. hist. lib. 10. cap. 29. Baron. tom. 8. sub an. Dom. 595.

Cum ante triduum, quam de hoc mundo ad caeleste habitaculum vocaretur S. Paulinus Nolanus Episcopus, jam de salute ejus omnes desperassent, & duo ad eum Episcopi visitandi studio convenissent, id est, S. Symma- chus, & Benedictus Hyacinthinus, ita in eorum adventu G recreat, usque refectus est, ut oblita omni carnali infir- mitate, totum eis atque Angelicum exhiberet effectum. Et quasi profecturus ad Dominum, jubet sibi ante lectulum suum sacra mysteria exhiberi, scilicet ut una cum sanctis Episcopis oblato sacrificio animam suam Domino commen- daret: subito clara voce interrogare cepit, ubi essent fratres sui: Tunc unus ex circumstantibus, qui putavit, quod fra- tres suos, id est, Episcopos, quae nunc aderant, quareret, ait illi, Ecce, hi sunt fratres tui: At ille: Sed ego nunc fratres meos Januariam, quae Martinum dico, qui modo mecum locuti sunt, & continuo ad me venturos se esse dixe- runt, & quibus JANUARIUS Episcopus simul, & martyr Nea- politanae urbis illustrat Ecclesiam; Martinus autem vir per omnis Apostolicus (cujus vita ab omnibus legitur) Galliarum Episcopus fuit. Sarius in vita ejus, tom. 5. Junii. Baron. tom. 5. sub an. Domini 431.

Bruxella urbs est magna, & nobilis Brabantiae. In hac hos- pitalis est pauperum praecipua charitatis officio, & reli- gione praclarum. In isto Soror quaedam fuit multo la- bore fatagens, quae gravi infirmitate detenta humanis re- bus exempta est: cumque ab hora diei tertia usque post vesperas mortua jacuisset, revixit subito, & erecta, con- vocavitque Sororibus, & omnibus, qui praesentes erant, dixit: Virginalium illius exercitum Coloniensem S. URSULAE, & sociarum vivens quotidie venerata sum, & eam praesens nunc ab expiatoris poenis liberata sum, & ad hoc ad vitam redire compulsa, ut omnibus earum memoriam dignè habentibus assutura in morte suffragia nuntiare, dummodo & vita tales exeant, quibus oratio suffragii possit. In hoc testimo- nio reddo spiritum iterato. Atque ita denuo defuncta quievit. Thom. a Cantiprato lib. 2. Apum. cap. 53. 7. Bredemb. collat. sac. lib. 4. cap. 37.

Tem-

Tempore, quo in universitate Colonienfi nostrae facultatis A Theologica nimirum primum studui, scribit Joan. Nider. formicarii. l. 4. c. nobilem juvenem quendam studentem artibus humanioribus novi, fide dignum valde, cujus relatione didici, quae sequuntur. Fuit, inquit, nuper circa Ercelenz in partibus inferioribus Aemaniae quidam singulari simplicitate, qui per orationes, & jejunia saepe solebat B. Virginis BARBARAE praefata specialia obsequia, in quibus ipse quonabat simpliciter, humiliter, & perseveranter, ut sibi Virginis intercessione donaretur sine Sacramentis poenitentiae, & Eucharistiae ex hac vita non migrare. Premere ceperunt interea terram praefatam, & adjacentem patriam guerra duorum nobilium, se ubi pote- rant in rebus, & hominibus ad invicem invadentium. Captiva- vir autem una die Dominus unus ex eisdem sui adversarii plures viros, inter quos etiam B. Barbara famulus detentus est; & una cum aliis inturritus est, addebaneturque dietim novi captivi veteribus. Et vidit, qui parcellimus fuit, & inhumanus, ex carissima non augebat, sed minuebatur quid, adeo, ut praefate, & inedia multi aliquoties mortui in carcere reperirentur, & ne factore reliquos laderent, per custodes carceris eicieban- tur. Inter deficientes autem praefate fame cepit ille esse B. Bar- barae fidelis, qui prope ad duodecimum diem, vel circiter ultra humanam naturae fortitudinem sine cibo vivebat, quem B cum custodes carceris fere vidissent, & iudicasset in crasti- num moriturum, vel ut alios eiciebant, protelationem vite tandem admittentes, ei dixerunt: Quomodo, quae sumus, accidit nobis tecum? die. Ultra humanam valitudinem jam toto diebus nihil gustasti, mortuo similior es, quam vivos nec illa spes est tui convallescentia, unde ergo vivis diutius alii? Qui respondit: Dandum a vobis desideravi, ut faceretur vocato confiterer, & viaticum sumerem fidelium, sed proditionem verentes, mihi petitis negatis; B. Barba- rae diu servus extitit, quae me sine dictis sacramentis, scito- re, migrare non sinit. Quo audito ad Capitaneum castris ac- cesserunt, historiam naraverunt, & discutit, ut confessor admittetur, obtinuerunt. Confessione Sacramentali igitur peracta, mori non poterat, quem B. Virgo sui sponsi viaticum praemurii volebat. Nam ex his fame carnis, mor- buntus jacebat, sanari alius nequibat, & mori nemo da- bat. Tunc iterum ad custodes clamabat; Viaticum, quae- so, per Sacerdotem mihi portari curatis, & procul dubio vos fa- tidio & ego mortis doloribus carebo. Admissus est igitur Sacerdos, cum divinissimo Eucharistiae Sacramento, quo mu- nitus infirmus statim requievit in pace.

* INVOCATIO SANCTORUM, CULTUS, &c.

SANCTI LICITE INVOCANTUR. RELIGIOSE HONORANTUR, COLENTUR.

Cum Sancti scient necessitates, & preces nostras, & pro sua charitate, quam non minuit, sed auxit status ille beatitudinis, paratos se exhibeant ad nos juvandum apud Deum interceden- do, cur non liceat nobis petere, ut id praesentem praesertim, cum id non cedat in injuriam Christi, ut mentiuntur adversarii? Quamvis enim ille sit unicus mediator, per quem habemus ac- cessum ad patrem, quia principalis, & summus est, non tan- tum officio, sed & natura, & ex propriis, idque omnium, quan- tum ex parte ipsius: tamen Sancti mediatores sunt secundario, qui per modum deprecationis aliquos Deo reconciliant, im- petrando ad illo beneficiorum dona, sic ut sint velut nostri comprecatores, & amici, quos ad Christum adducimus, cum aliquid ab eo petimus. Unde consequenter eos licite invoca- mus, honoramus, & religiose colimus.

* ANGELI HONORATI.

EX VETERI TESTAMENTO.

Gen. 18. ABRAHAM PRONUS in terram adoravit Angelum. Similiter fecit LOTH, Gen. 19. Sed quia postea responderi, tam Abrahamum, quam Loth non cognovisse Angelos, sed ho- mines putasse initio, cum eos adoraverunt, & civiliter; tan- tum adorasse, proferamus loca clariora.

Aperuit Dominus oculos BALAAM, & vidit Angelum stan- tem in via evaginato gladio, adoravitque cum pronus in ter- ram. Num. 22. Hic certe non prius adoravit, quam Ange- lum agnovit: Angelis autem ridiculum est dicere, deberi ci- vilem honorem.

L. B. Theatr. vite Ham. Tom. VII.

Cum vidisset JOSUE virum stantem evaginato gladio, di- xit: Noster es? an adversarius? Ille, Nequaquam, E inquit, sed princeps sum exercitus Domini. Continuo ceci- dit Josue pronus in terram, & adoravit. Exhibuit hic Josue plusquam adorationem civilem, minorem tamen quam illam, quae Deo debetur, sed mediam, quae est inclinatio volunta- tis, cum apprehensione excellentiae plusquam humanae, & minoris, quam divinae. Nam quod Josue non putaverit illum, quem adorabat, esse Deum, patet, quia Angelus non solum non prohibuit eum ab adoratione, sed etiam iussit adhuc ma- jorem honorem sibi exhiberi, dicens: Solve calcamenta pedum tuorum locus enim, in quo stas, sanctus est. Non erat autem sanctus locus ille, nisi ob Angeli praesentiam; non enim erat tunc Josue in loco sacro, sed in campestribus Hiericho.

VIRI SANCTI TAM IN HAC VITA, QUAM POST ILLAM HONORATI.

Lib. 1. Reg. c. 28. Saul adorat animam SAMUELIS sibi ap- parentem. Certum autem est, non convenire civilem hono- rem animabus defunctorum: neque dici potest, in hoc er- rasse Saulem, quemadmodum nec ipse Samuel, nec Scriptu- ra Saulem reprehendit.

1. Reg. 18. Abdias vir sanctus adorat HELIAM PRONUS in terram: neque postquam dicere, hunc civilem cultum fuisse; nam quantum ad humanam excellentiam, major erat Abdias quam Helias; iste enim privatus homo erat, ille autem unus ex Principibus regni. Adoravit ergo eum, ut Prophetam, ac Dei hominem singulari sanctitate ex- cellentem.

4. Reg. 2. Filii prophetarum, cum audissent spiritum He- liae requievisse super Heliasum, accedentes adoraverunt eum proni in terram.

Daniel 2. Nabuchodonosor adorat Danielelem, quis autem diceret, aut crederet in Rege summo adoratum civilem unum ex captivis, qualis erat Daniel? Adoravit ergo cum religio- se, ut hominem Deo plenum, neque per errorem adoravit, Deum illum existimans; nam adorans ait: Verus Deus noster Deus Deorum est, & Dominus Regum, revelans mysteria, quoniam tu potuisti aperire hoc Sacramentum. Quod etiam fecisse Alexandrum Regem Pontifici Jaddo, scribit Jos. eph. lib. 11. c. 8. Antiquitatum.

Illustratur praesens Titulus ex loco de Ecclesiasticis, ubi Ecclesiasticorum honor.

EX NOVO TESTAMENTO.

SS. PATRUM CONFESSIO, ET EXEMPLUM.

Patres, qui a temporibus Apostolorum ad haec usque no- stra floruerunt, palam hanc venerationem sunt confessi, pau- cos dabimus e multis.

Justin. in 2. Apolog. pag. 2. loquens nomine omnium Chri- stianorum; & fidem totius Ecclesiae explicans: Sed, inquit, & illum (Deum patrem) & ejus filium, qui venit, nosque hęc docuit, & aliorum sequentium, similitudine bonorum Ange- lorum exercitum, & spiritum propheticum colimus, atque adoramus, verboque, & res, seu veritate veneramus, idque omnibus, qui discere volunt, ut docti institutioque sumus, copiose tradimus.

Euseb. lib. 13. proepar. Evangel. cap. 7. Nos, inquit, quotidie id facitamus, nam veteris pietatis milites ut Dei amicissimos honoramus.

Basil. in orat. in S. Mamantem: Ecclesia, inquit, per hoc, quod eos honorat, qui praecesserunt, praesentes impellit.

Idem orat. in 40. Martyres: Honor, ait, quem bonis confer- vis exhibemus, benevolentiae erga communem Dominum si- gnificationem de se praebet.

Greg. Nazian. orat. in Macbab. Initio conqueritur, quod sanctos Mahabros non omnes ubique colant, sicut marty- rium ipsorum meretur.

Et orat. 1. in Julian. loquens de quodam honore impenso à Juliano Apostata cuidam Martyri, quem Martyr ille mirabili signo recitavit: O insignem, inquit, Martyrum inter se chari- tatem, honorem illius, qui multos martyres contemptum habi- turus erat, recusatant. Et paulo ante dixerat, honorem Mar- tyrum esse perspicuum notam amoris in Christum.

Greg. Nyssen. in orat. in Theodorum Martyrem, ubi multa di- cit de cultu, qui sanctis martyribus ab Ecclesia exhibetur, ait: Cui

F 3

Cui

Cui Regum talis honor habetur ? quis ex iis, qui supra modum inter homines excellere visi sunt, tali memoria celebratur ? Quis Imperatorum adeo decantatus, & fama celebratus est, ut hic miles pauper, modo confcriptus Tyro, quem Paulus armavit, quem Angeli unxerunt, quem Christus coronavit.

Joannes Chrysostomus hom. de SS. Inventino, & Maximo: Non aliter pisco, inquit, aliter recentiores colitis sanctos, sed eadem alacritate omnes. Et infra: Et martyres, ait, quos hodie colimus, adorant. Et postea: idcirco sepe eos invifimus, tumulos adoremus, &c.

Theodoret. lib. 8. ad Gracos: Suos, inquit, mortuos Dominus Deus noster in templa pro Diis vestris induxit, ac illos quidem castos gloria, vanosque reddidit, suis autem Martyribus honorem illorum dedit, &c. Ubi notandum, honorem Deorum traditum Martyribus, quia ubi colebantur Dii, nunc coluntur martyres, non autem quod eodem modo colantur. Subdit enim Theodoretus: Atqui nos, o Greci homines, nec Hostias Martyribus, nec Libamina ulla deferimus, sed ur sanctos homines, Deique amicissimos honoramus.

Ex Latinis vero, Tertull. de corona militis meminit celebrationis Festorum in Nataliis Martyrum. Et Ambrosius serm. 6. in fine: Quisquis honorat Martyres, honorat & Christum, & qui spernit sanctos, spernit & Dominum.

Prudentius de S. Hippolito Hic corruptelis, animique, & corporis eger Oravi quoties stratus, opem merui. Paulinus natali S. Felicis: Roma Petro Pauloque potens rarefcere gaudet Hujus honore Dei, &c. Et natali S. Cujus honore Deus gaudet, quia Martyr honorem Contempfit proprium.

S. Hieron. ep. ad Riparium: Honoramus, inquit, servos, ut honor servorum redundet ad Dominum. Et in vita Paulae: Vale, o Paula, & cultorem tuum orationibus juva. Et ibidem dicit, Paulam cum inviseret sanctos Eremitas singulis ad pedes provolutam, ita eos venerari solitam, ac si in singulis Christum adoraret. Ubi certe non agitur de cultu civili, non enim femina nobilissima rusticano civiliter honoraret, tanta subjectionis significatione.

S. Augustinus serm. 1. de SS. Petro & Paulo: Beatissimum Petrum piscatorem modo genibus provolutus adorat Gentium multitudinem. Erep. 44. Ostendebatur mihi Romae in tanto honore templum Romuli, in quanto ibi ostendo memoriam Petri. In Petro quis honorat, nisi ille defunctus pro nobis.

Peregrinationes, Tempa, Festa, Vota, Imagines Sanctis exhibite. Videantur eorum Loca propria.

CRIMINATIO ETHNICOR. HAERETICORUM, &c. ADVERSUS CATHOLICOS. Neque infirmum pro hac veneratione argumentum sumitur, ex eo quod semper Ethnici, Judaei, Haeretici, accusaverunt Christianos idololatriam, propter cultum Sanctorum, quod certe non fecissent, nisi viderent a Christianis Sanctos passim religiose coli.

De Ethnicis testatur Euseb. lib. 8. c. 6. de Judaeis. De Juliano Apostata, Cyrill. lib. 6. in Julianum, item lib. 10. De Manichaeis, August. lib. 20. c. 21. contra Faustum. De Porphyrio, Vigilantio, Eunomio, Hieronym. lib. contra Vigilantium.

EXEMPLA RECENTIORUM. Requirit Locum de S. Maria. Item de Templis. * POENA SANCTOS NON HONORANTIAM. Non aliam ob causam, quam ob injurias in Sedem Apostolicam illatas, successoresque Principis Apostolorum Petri, meruerunt Bardas, atque MICHAEL Imperatores divinitus misfam, eamque durissimam subire vindictam: quod haud obsecutus fuit manifestum indicium, nec alicui alteri, quam ipsi Bardae, ne revocari posset in dubium, quod de se ipse, & contra se ipsum confessus esset. Audi igitur ex multis testibus Historicis Graecis, eorum antiquiorem Joannem Curapatem: Signa, inquit, primum Bardae interitum portenden-

tia hac fuere, crinitarum stellarum exortus, somniorum portentosa visio. Siquidem sibi visus est in formis iste ad magnam templum cum Michaele Imperatore accedere, quasi panegyris celebraretur. Urigitur eo pervenere, & intra sacrum templum procedere, existimabant se videre quosdam albis vestibus indutos, praesentes, qui ipsum ducebant, ad cancellos altaris, nihilque aliud conspexerunt, quam in throno Patriarchae sedentem quendam senem, quem Petrum esse arbitratuse est, Principem Apostolorum, ad cujus pedes abiecit B. Ignatius volutabat, malorum, quae sustinuerat, ultionem requirens: illum vero uni eorum, qui aderant, gladium dedisse, dixisseque hoc: Deo invifimus (ita Bardam Caesarem appellavit) in sinistro loco constitutum frustatim concede, impiumque filium (hoc nomine Michaelem Imperatorem indicantem) numerata in iis, qui sunt in dextera parte, sed simile supplicium fume: & somnium ita se habuit. Itaque non ita multo post homines gladiis strictis in se conserunt invadentes Bardas conspicuos, sibi moriendum sensit, & seque Basilii, qui mox Imperator fuit, pedes abiecit. Verum ipsum inde abstractum frustatim concidunt: deinde genitalia ipsius membra hasta appensa per exercitum traducunt. Ingens autem turba concitata est, quae Imperatori periculum intenteret. Quam quidem vigilantissimum Praefectus Constantinus, cum multis in medium confectum accurrens, sedavit, cum laudibus Imperatorem celebrans iusta nece occisum Bardam pronuntiasset. Atque ita Bardas periit. Ex Joan. Curapat. auct. Graec. Baron. tom. 10. sub anno Dom. 867.

Quae Deus ostenderit signa adversus eos, qui in sanctissimum Sacerdotem Ambrosium Episcop. Mediolanensem post obitum obloqui non sunt veriti, Paulinus narrat his verbis. DONATUS quidam, natione Afer, presbyter tamen Ecclesiae Mediolanensis, cum in convivio positus, in quo erant nonnulli militares religiosi, detraheret memoria sacerdotis, aspernantis illis, & derisivebus linguam nequam, subito vulnere percussus, de eodem loco, in quo jacebat, alienis manibus hlevatus, in lectulum positus est, atque in sepulchrum usque perducus. Ex Paulino in vita S. Ambrosii. Baron. tom. 5. anno Dom. 397.

Licet non tam frequenter exercuerat Deus in perniciosos vindictam, non tamen usquequaque multa nostris temporibus deserit praesumptorum picula. Nam BLITGARDUS quidam nepotem manum de thesauro Ecclesiae, in villa Tenolio, necio apud Bernardum ejusdem obtinuit, unde famulos S. Remigii cum flagellis eiecit. Clamantibus autem eis sanctum Remigium, ut eos adjuvaret; idem Blitgarus cum irratione illis respondit: Modo patebit, qualiter vos S. Remigius adjuvabit. Videte, quomodo in vestrum adiutorium venit. Et inter haec verba cum maximo clamore ingemuit, & incredibiliter inflando intumuit, sicque medius crepuit, & mortuus est. Hincmaro Ep. Rheim. Baro. tom. 10. an. Dom. 843. 11.

Postquam pius ille Eugenius excessit de vita, quandam PICTOREM hortatur Philostorgius, ut & totum templum (in quo S. Cornelius tumulatus est) depingat, & B. Cornelii effigiem in eo diligenter exprimat, & quam fieri posset accuratissime ornent, nempit ut etiam fenex pingetur, & illi ipsi omnino similis. Rogabat ergo sanctum Eucratius (hoc enim erat nomen pictori) ut ei simul reveleret speciem, quo eam apert, & accuratè depingeret, & simul agrè ferebat mandatum Episcopi, & quidam non nimis honorificas voces emittebat in sanctum, animo ex omni parte perplexus, & valde tristis, & propterea quod nesciret illius speciem, & quod non posset consequi characteres, & figuras vultus. Cum itaque aliquando occidisset se scalis, quae ascenderat, jacebat, non spirans; & vermes alii quidem per os prorepabant, alii autem rursus ingrediebantur. Vifa sunt autem haec esse frustibus illorum verborum maledictorum, quae dolore affectus pictor dixerat. Sed ipse es omnino, o Cornelii, qui Demetrio graviter in te prius spiranti uxorem, & filium donasti: Quapropter non sustinuit, ut huic pictori amplius produceretur supplicium. Cum enim die sequenti apparuisset, & manum dexteram ejus apprehendisset, cum surgere fecit velut dormientem, & haec duo fecit maxima. Nam & interperantem ejus linguam castigavit, & curavit dolorem, ac aegritudinem, quam acceperat, propterea quod nesciret, quomodo pingere, non in figura, imagine & similitudine, sed verò, cum congressus, & forma qualis esset, ostendens. Quin etiam ipse pictor visus est rursus sanus & salvus, & omnino liberatus a vermibus, & rursus artem suam est aggressus. Ex Metaph. Sur. tom. 5. Sept. 13. cap. 12.

Post

Post D. Hieronymi obitum, haereticus quidam SABINI-ANUS opusculum execrandi dogmatis se confectum, quod errori suo adfisceret auctoritatem, à Hieronymo editum assererat. Eum autem saltatim palam arguens Sylvanus Nazarenus Episcopus, proposuit conditionem, ut nisi librum illi die crastino ipse Hieronymus ostento manifesto reprobasset, tum se penam capitalem subiturum: si contra, idem supplicii genus pro mendacio Sabinianus referret. Qui cum tale miraculum nunquam eventurum timeret, sed magis speraret Sylvani exitio suam sententiam firmam fore, accepit conditionem. Dies praestituta venit, ad Ecclesiam frequentes conveniunt, signum nullum apparet. Sylvanus ex pacto ad supplicium poscitur, praebet cervicem mori pro veritate paratus. Sed praesto illi fuit Hieronymus, cunctisque cementibus tenuit spiculatoris manum jam ad feriendum erectam. Mox ad haereticum conversus, acerrime illum increpuit, doli, & fallaciae accusans. Abiit vivus, & majus secutum est miraculum in terram procidit. Denique qui aderant Orthodoxi, pro victoria, quam paulo ante desperaverant, Deo, & D. Hieronymo gratias egerunt. Reliqui ad Sylvanum confuges illius fidei sefe dederunt. Et perniciosissimus error (qui jam late manere ceperat) una cum suo auctore extindus defecit. Sabelli, lib. 5. cap. 4. Marc. Marcellus lib. 2. cap. 11.

MILES quidam in Provincia Massa B. Francisci operibus, & miraculorum signis impudenter detrahebat, Inferrebat multa opprobria peregrinis ad ipsius memoriam venientibus, & contra fratres publica garriabat infania. Cum autem femel Sancti Dei gloriam impugnavit, addit super peccata sua blasphemiam detestandam. Si verum est, inquit, quod Franciscus iste sit sanctus, gladio cadat hodie corpus meum, si vero sanctus non est, evadam incolimus. Non distulit ita Dei condignum inferre supplicium: cum jam facta fuisset oratio in peccatum. Mora enim modica interjecta, dum blasphemus nepotibus inferret injuriam, accepit ille gladium, & patris visceribus cruentavit. Eodem die mortuus est sceleratus, Inferni mancipium, & filius tenebrarum, ut ceteri discerent, miranda Francisci opera non blasphematoris verbis impetere; sed devotis laudibus honorare. Aloys. Lipom. & D. Bonar. in vita ejus lib. de mirac. apud Sur. tom. 5. O. Feb. 4.

Tempore quo in conventu Eiferentis nostri Ordinis quidam frater professus fuit, qui aliquandiu B. Barbarae Virgini quibusdam sanctis exercitiis crebra praestitit obsequio, per quem à multis praeservabatur malis. Torpore autem corporis tandem victus, praefata omittere crepit obsequia, & segnitiae intendere. Hinc dicta B. Virgo sibi apprensus in somno excitavit, & ei dixit, quemadmodum ipse postea retulit: Tu confuisti obsequium dereliquisti me, & ego solitis adiutoris destitutum est. Hoc flebiliter audito oraculo territus Frater fuit, sed negligentiam non correxit; nam paulo postea levitibus deditur Ordinis habitum, & diu Apostata vit. Tandem jam in anima, & corpore agrotans venit ad civitatem Nurembergensem sine Ordinis habitu, & ibi ignotus jacens extremis suis propinquare cepit. Missum est ad conventum nostrum ibidem pro fratre Conrado viro prudenti, ut infirmo consulere, quem in Apostasiae vitio quidam esse notaverant: quo percepto frater Conradus habitum Ordinis speciale abscondidit tulit, & apostatae, modis quibus valuit, suadebat reinditionem sui Ordinis. Viso autem habitu, nescio quo instinctu demomis, vel infirmitatis, miser, velut equus umbraticus vestem sanctae religionis temerarie abiecit, dicens. Cur, inquit, modo me vultus confundere & recedite, recedite, quia ita fiet nullatenus. Mox itaque patre abscedente miser, & agrotans statim agonizavit, & ita spiritum efflavit. Ex Fornicar. Joan. Nider. S. Theo. Doct. lib. 4. c. 2.

* ERRORES CIRCA SANCTORUM INVOCATIONEM. Duo hic funt errores extremi, veritas autem est in medio, ut sefe semper esse solet. Primus error est, posse, & debere S. Mariam, quae praecipua Sanctorum est, invocari, non secus ac Deus invocatur, ita quidem, quos retellit Epiphanius haeresi 78. in fine, & haeresi 79. per totum.

Alter est error, nullum Sanctorum post mortem debere invocari illo modo, quia vel non possunt orare mortui pro viventibus, vel si possunt, non nisi in genere orare, quia non possunt. L. B. Theat. vit. Human. Tom. VII.

funt cognoscere nostras preces, quas ad illos fundimus, hic error multorum est.

Primus omnium videtur fuisse VIGILANTIUS, qui in hunc lapidem offendit. Postea invocationem Sanctorum aperius, & fortius oppugnavit tempore B. Bernardi Henriciani, seu Petrobusiani, & Apostolici, ut refert ipse Bern. ser. 66. in Cant. & auctor vita S. Bernardi, l. 3. c. 5.

Idem paulo post docuerunt VVALDENSES, ut auctor est B. Anton. 4. p. tit. 11. c. 7. Idem postea quidam nomine CATHARI, ut auctor est Turrecem. l. 4. p. 2. c. 35. summa de Ecclesia.

Idem postea JOAN. VVICTES. ut scribit Thomas Vvaldensis tom. 3. tit. 12. col. 108. & sequi. Nec non TABORIÆ, quide familia Joan. Hussi, ut scribit Aeneas Sylv. de Orig. Bobemor. cap. 35.

Denique & haeretici nostri temporis, ut Lutherus in libris ad Vvaldenses, Melancthon in Apolog. art. 21. Confess. Augustana. Brentius cap. 24. Confess. Vvittemberg. & Calvin lib. 1. c. 4. §. 12. & lib. 3. Instit. c. 20. §. 20. & §. 29. tria docent de orationibus Sanctorum. Primo ex divinis literis non haberi, quod Sancti mortui orent pro vivis, ac proinde hoc non effectu- rum. Secundo, si Sancti orant, eos non orare nisi in genere pro tota Ecclesia electorum, non autem pro isto, aut illo speciatim. Tercio inutile, & illicitum esse invocare Sanctos, si- ve Angelos, si ve homines, ac petere, ut pro nobis orent; si inutile quidem, quia non habeant tam longas aures (ita enim Calvinus loquitur) ut preces nostras audire possint; si illicitum autem, quia hinc obsecratur gloria Christi, qui est unicus mediator, & intercessor noster. Ceterum quomodo hoc intelligendum sit, in progressu hujus Argumenti demonstravimus.

VERITAS CATHOLICORUM. Catholicorum sententia, & usus semper fuit, praeter honorem, quem Sanctis impendere consueverunt, eorum patrocinium apud Deum adhibere, ut qui melius, & efficacius impetrare valeant, quam nos ipsi. Nunquam autem Catholicis quidquam à Sanctis postularunt, tanquam ab auctoribus divinatorum beneficiorum, neque docuerunt unquam necessarium esse ad salutem consequendam Sanctorum invocationem: sed valde utilem, & piam.

EXEMPLIS S. SCRIPTURAE ASSERTITUR. Gen. 48. JACOB sic ait benedicens F. Joseph, Angelus, in-quit, qui eruit me de cunctis malis, benedicat pueris istis. Hic aperte S. Jacob Angelum invocavit. Job. 5. Voca, si quis est, qui tibi respondeat, & ad aliquem Sanctorum convertere. Ubi nomine Sanctorum intelligit Angelos, ut exponit D. August. in annotat. in Job.

Exodi 32. MOYSES ita orat. Recordare Abraham, Isaac, & Israel servorum tuorum. In quem locum scribens Theodor. 9. 67. in Exod. dicit, S. Moysen, cum se non exilimaret sufficientem ad placandum Deum, adhibuisse etiam patrocini-um Patriarcharum. Ubi nota, quod ante Christi adventum Sancti, qui moriebantur, non intrabant in caelum, nec Deum videbant, nec cognoscere poterant ordinari preces supplicantium, ideoque non fuisse confectum in Testamento veteri, ut diceretur; sancte Abraham, ora pro nobis, &c. sed solum orabant homines ejus temporis Deum, & allegabant merita Sanctorum, qui jam obierant, ut illos ipsorum oratione juvarent.

Praeterea in utroque Testamento saepe legimus, viventes à H viventibus invocatos, nam lib. 1. Reg. c. 7. dicitur fili ISRAEL ad Samuelem; Ne cesses pro nobis clamare ad Dominum Deum nostrum, ut salvet nos de manu Philistinorum. Job. ult. Itē ad servum meum Job, ille orabit pro vobis. Ad Rom. 15. Paulus ait: Obsecro vos, fratres, ut adjuvetis me in orationibus pro me ad Deum, idem repetit Ephe. 6. 1. Theff. 5. 2. Theff. 3. c. 10. §. 4. & 1. Petr. 13. ergo licebit, quoque eodem invocare jam cum Christo regnantes. Nam si nunc non licet, vel quia nolunt; & hoc non, cum sint majori charitate praediti, quam antea, & (ut loquitur Cyprianus serm. de mortalitate) de sua immortalitate securi, & de nostra incoluntate solliciti: vel quia non possunt; & hoc non, quia si poterant, cum hic essent peregrini, quanto magis nunc poterunt in patria? vel, quia non sciunt, quod oremus; & hoc non, cum sciant Angelum conversionem peccatorum, pro quo tantopere gaudent in caelis, ut dicitur Luc. 15. indeque sciant Sancti nostras preces: F 4 vel

vel demum, quia fit injuria Deo, sicut ipse, invocatur; & hoc non, quia tunc non liceret viventes invocare.

CONCILIORUM AUCTORITATE.

In epist. Episc. Europae scripta ad Leonem Imperatorem, quae habetur post Concilium Chalcedonense, sic dicitur: Sanctissimum vero Proterium in choro, & ordine SS. Martyrum ponimus, & ejus intercessionem misericordem, ac propitium Deum habere postulamus.

Et ad. 11. Concil. Chalced. dicunt Patres: Flavianus post mortem vivit, Martyr pro nobis orat.

In VI. Synod. Generali. c. 7. ex Canonibus recens editis, sic dicitur: Solo Deo creatore adorato, invocet Christianus Sanctos, ut pro se intercedere apud majestatem divinam dignentur.

VII. Synod. general. ad. 6. in fine: Cum timore omnia agamus, postulantibus intercessionibus incontaminatae Deiparae, item sanctorum Angelorum, omniumque Sanctorum.

Et in Concil. Gerunden. c. 3. Aurel. x. can. 29. Mogunt. sub Carolo Magno cap. 33. Tolitano V. c. 1. & Tolitano VI. cap. 2. & Bracaren. II. cap. 9. inducitur Litaniam recitandam, vel triduum ante ascensionem, vel alios temporibus. Sunt autem Concilia ista omnia ferè celebrata ante mille annos.

His accedit factum GREGORII, qui Litanias indixit tempore pestis. lib. 1. vitae ejus, c. 42. & Uvalfrid. Strabo, c. 28.

USU ECCLESIAE PRIMITIVAE.

Haereticus hujus temporis negant in primitiva Ecclesia fuisse usurpata Sanctorum invocationem: at inter se dissentiunt, nam Philip. Melanct. in Apolog. Confess. Aug. art. 2. dicit, veteres Scriptores ante Gregorium nullam fecisse mentionem invocationis Sanctorum.

Kennit. in examine Concil. Trid. sess. 22. affirmat, invocationem Sanctorum coepisse post tempora Augustini, qui vixit ducentis ferè annis ante Gregorium, & ibid. sess. 25. ait: auctorem invocationis B. Mariae fuisse Petrum Gnaphrum, circa annum Chr. 450.

Quae omnia aperte falsa sunt. Nam & ipse Augustinus, & alii Augustino antiquiores disertè scribunt de invocatione Sanctorum, ut patet ex illorum verbis, & testimonio, quae subiicio.

C Origenes in Tractatu, qui inscribitur Threni, seu plangus: Incipiam me genibus prosternere, & deprecari universos Sanctos, ut mihi non audent petere Deum propter nimietatem peccati, succurrant. O Sancti Dei, vos lachrymis, & fluo pleno dolore deprecor, ut procedatis misericordiam ejus pro me misero, &c.

Nectarius Constantinopolitanus orat. de S. Theodoro martyre, O splendor Martyrum, & decus Sanctorum! O vere Dei donum! O cultus, & invictissime defensor fidelium, ne obliviscaris nostrae paupertatis, & humilitatis; sed semper pro nobis intercedere nece pigetis, o vir imprimis admirande, &c.

Ephrem. ser. de SS. Martyribus: Praecuram Beatissimi Martyres, qui pro Domino Salvatore proque illius charitate sponte tormenta subivisti, atque adeo familiaris Deo conjunctis estis, ut pro nobis miseris, & peccatoribus, & negligentia squalore fordentibus, Dominum interpellare dignemini, ut superveniat in nos gratia Christi, quae corda nostra radio sanctae charitatis illufret, &c.

Greg. Nazianz. orat. in S. Cyprian. Tu vero nos ab alto propitius respice, nostrumque sermonem, ac vitam dirige, & sanctum ovile hoc, aut una rege, ac reliqua quantum possibile est, ad meliora dispone, molestosque lupos, syllabarum, & verborum venatores illos abige: ac sanctae Trinitatis, cui nunc aditas, splendorem nobis perficiorem, & clariorum gratificare, quam adoramus, quam glorificamus, &c.

Idem orat. in Basil. Magnum. Tu autem sacrum, ac divinum caput ex alto nos respice, & carnis stimulum, instructionem nostram ad Deo nobis datam aut tuis sitis precibus, aut foriter me ferre persuade, totamque vitam nobis in melius permuta: &c. Ambros. in lib. de Viduis circa medium: Obsecrandi sunt Angeli pro nobis, qui nobis ad praesidium dati sunt: Martyres obsecrandi, quorum videmur nobis quoddam corporis pignore patrociniis vindicare. Post sunt pro peccatis rogare nostris, qui proprio sanguine, etiam si habuerint peccata, laverunt. Isti enim sunt Dei Martyres, nostri praesules, speculatores vitae, actuumque nostrorum. Non erubescamus eos intercessores nostrae infirmitatis adhibere, &c.

Christ. fest. hom. 26. in post. ad Corinthios, Quin sepulchra servorum Crucifixi regis aulis sunt splendidiora, non adificiorum amplitudine, ac splendore, sed quod multo amplius est, convenientium studio. Nam & ipse ille purpura indutus peregrè proficiscitur, sepulchra illa complexurus, & factu posito, consistit, Sanctos rogans, ut sibi apud Deum patrocinentur: Et tabernaculorum artificem (Paulum Apostolorum) ac piscatorem (Petrum) patronos etiam mortuos precatur, ipsa demum gestans. Audibiscne igitur, dic quae, horum Dominum dicere mortuum, cujus famuli etiam mortui, qui hujus mundi Regum sunt patrum? Atque id cernat quis non Romae tantum fieri, sed & Constantinopoli.

Hi Patres omnes Augustino antiquiores sunt. Unde constat adversarios, vel mentiri, vel ut minimum errare, cum ajunt invocationem Sanctorum coepisse post Augustinum, quid vero ipse sentiat, patet, cum in lib. Mediat. c. 24. sic scribit: Felices Sancti Dei omnes, quia jam pertransivisti hujus mortalitatis pelagus, & pervenire meruisti ad portum perpetuae quietis, securitatis, & pacis, securi & tranquilli, semperque festivi, atque gaudentes: Obsecro vos pro vestra charitate, qui securi estis de vobis, solliciti estote de nobis: securi estis de vestra immarcescibili gloria, solliciti estote de nostra multiplici miseria. Per ipsum vos rogo, qui vos elegit, qui vos tales fecit, de cujus pulchritudine jam satiamini, de cujus immortalitate jam immortales facti estis, de cujus beatissima visione semper gaudentis: Estote jugiter memores nostrum: subvenite nobis miseris, qui adhuc in lalo hujus vitae circumstantibus agitur procellis, Et paulo post: Intercedite, orate constantiter, atque indefinenter pro nobis miseris, multumque negligentibus peccatoribus.

Et lib. 7. de Baptismo contra Donatistas c. 1. invocat S. Cyprianum, his verbis: Adjuret itaque nos orationibus suis in istius carnis mortalitate, tanquam in caliginosa nube laborantes, ut donante Domino, quantum possumus, bona ejus imitemur.

Idem lib. 22. de civit. Dei c. 8. refert miracula, quibus Sanctorum invocatio confirmata est.

EXEMPLIS RECENTIORUM.

Huc transferantur exempla ex loco de Peregrinatione, Poitii, Reliquiis.

* SANCTORUM CANONIZATIO.

De hac, ejusque effectu, & aliis huc faciendis, Vide Locum de Canonizatione.

QUI CANONIZATI.

Quare Locum de honore, Tit. Honores divini hominibus attributi.

* SANCTORUM RELIQUIAE HONORATÆ.

Videatur Locum de Reliquiis.

EX S. SCRIPTURA.

Cum JOSTAS Rex delubra idolorum everteret, & omnem idololatram delere vellet, pseudopropheta quidem mortuorum ossa effudit, ac in cineres redegit, sancti tamen Prophetae ossa ibidem reperta aservavit. 4. Reg. 13.

Vide Locum allegatum.

HISTORICA.

Leo Imp. legem edidit de honore, & cultu exhibendo defunctorum corporibus, qui in Domino mortui sunt, quae sic habet. Decernimus ne quifquam in aedibus publicis, vel alia loca populi voluptatibus fabricata venerabilem Crucem, & Sanctorum martyrum reliquias illicitè inferre conetur, sed in religiosis aedibus, consultis tamen prius, ut oportet, religiosissimis Episcopis. Lib. 1. Codicis lib. 26. c. Decernimus, tit. 6.

Simeon Metaphrastes scripto mandavit in vita B. Lucæ Evangelista, quod CONSTANTINUS III. Imp. Constantinii Magni filius circa patris sui sepulchrum templum maximum à fundamentis extruxit, quod sanctorum Apostolorum templum nominatum fuit; quod in eo reliquias SS. Andreae Apostoli, Lucæ, & Timothei è variis locis translatis honorificè, ac magnificè unà reponi jussit. Multis vero postea temporibus, Justinianus, assumptis Imperii scepteris, multo adhuc amplius circa hæc sacra Apostolorum corpora affudit, & theca argentea ea concludens, circa ipsum altare vehementi Dei amore reponit.

reponit, nempe pretiosa in pretioso conditorio. Ubi à Christifidelibus eo confluentibus impensè honorantur. Ex Metaphr. Anst. 10. & Sur. 18. Olib.

Sicut deinde penates ex Alba Longa Laviniusunde abduci erant, reverentè credit vetustas ita vetus Ottonis, & Philippi Imp. bello, COLONIAM vici sunt redire in templum undecim millium virginum trium Regum corpora ab Abbata Fuldensi in Turingia regione, ad quam à Colonia fuerant translata. Manè enim dum nocturno Psalmi cantarentur, Abbas, Monachique ejus monasterii egredi templo corpora ipsorum trium perpescere Regum, quæ haud multo post Coloniam in templo ubi antea erant, fuerunt inventa. Idem ibid.

Dedit & aliud Julianus Imper. recordis suæ, ac levitatis indicium. Nam cum Daphnis in suburbano Antiochie juxta fontem Castalium litare Apollini, & nulla ex his, quæ quærebatur, responsa fusciperet, causasque silenti percontaretur à sacerdotibus dæmonis, ajunt, Babylæ martyris sepulchrum propè adfiteri, & idèò responsa non reddi. Tum ille venire Galilæos (hoc enim nomine nostros appellare solitus erat) & auctere sepulchrum martyris jubet. Igitur Ecclesia universa conveniens, matres, & virgines, juvenesque imbræ mensa exultatione succinditi trahebant longo agmine arcam martyris, psallentes summis clamoribus, & cum exultatione dicentes: Confundantur omnes, qui adorant sculpeilia, & qui confundunt in simulachris suis. Hæc in auribus profani principis per sex millia passuum tanta exultatione psallebat omnis Ecclesia, ut cælum clamoribus resularet. Unde & ille in tantam iracundiam rabiem deductus est, ut altera die comprehendi Christianos passim, & trudi juberet in carcerem, ac penitus, & cruciatibus affici. Russin. lib. 1. bist. Eccl. c. 35.

Caput D. JOANNIS Baptistæ altissime ad ignominiam ejus ab impiis Herodiadis ministris juxta Herodis quondam Regis habitaculum fuerat desolatum. Post multa verò annorum circutacula, circa annum Domini quadringentesimum sexagesimum tertium, quo tempore Vandali sub Genserico omnia vastabant, idem sanctus duobus monachis orientabilibus, qui Hierosolymam orationis causa venerant, in somno apparet, quo loco effert, ostendit. Quod deinceps Edessam Phœnicis urbem perlatum digno cultu est honoratum. Rufus, cum delitesceret, Valentinianus, & Marcianus imperantes, Sanctus Marcello Monacho mirabili quodam modo indicavit, quo loco effert. Cùmque à Cilicia Constantinopolim transferretur, ubi ventum est ad Panticium, qui locus est Chalcedonis, multi, qui vehabant, sublitere, nequiquam cadentibus eos autis, depositumque est in pago Coslali. Denique imperante Theodosio Juniore Constantinopolim est adductum, & quoniam Macedonianus Sacerdos illud habebat in custodia, pollicitus est hæresi renuntiaturus, si caput ab Imperatore asportari posset, quod ita contigit, ut Sozomenus scribit. Urspergensis Abbas in Chron.

Quadiennio post decessum S. Nicephori Patriarchæ, sacratissimus Methodius, divino planè spiritu impulsus, oportune, sapienterque divinam Imperatricem Theodoram admonuit, non esse imperii, & Reipublice dignitate, quod venerandus, & inter Patriarchas illustri Nicéphorus, qui pro gloria, sinceræque fidei defensionis à sacra sede depulsi in longissimo exilio defunctus erat, negligenter: sed omni studio curandum esse, ut divinum corpus ipsius in civitatem reponeretur, cui celerim, ac lubentissime incluta annuit Imperatrix. Prædictus igitur Patriarcha Methodius nocturnum psalmodum cantum, & mysticum sacrificium nocturnum psalmodici, præclarum è tumulo corpus rexit, quod undeviginti annorum spatio integrum omnino, purumque manserat, & in arca ab ipso compositum, & Sacerdotum manibus sublatum, cum luminibus, & frequenti psalmodum cantu in navim ad hoc paratam illatum est. Sed cum fretum trajecisset, & ad urbis litus appropinquasset, Dei cura MICHAEL Imp. juvenis, & amplissimis dignitatibus præstantis viri, & Patricii, & reliqui cives læti, fæscque manibus tenentes, obviam processerunt, & arcam illam pretiosam, cum fide, ac veneratione humeris suis subeuntes, ad magnam usque gestarunt Ecclesiam: ex qua Pontificis dignitate spoliatus, ejectus fuerat. Atque inde rursum assiduis diurnis, nocturnisque psalmodum cantibus vicissim utentes, & cum omnium luminum genere per mediam urbem ipsum gestantes, in sancto Apostolorum templo collocarunt. Inter autem variam concurrentis populi virorum, & feminarum, atque ætatum omnium multitudinem: nonnulli in via immundis spiritibus vexati,

dum ab aliis comprimerentur, miserandas, atque maledicas voces emittebant: quorum è numero quidam ab ipso curati sunt. Ex Simeone Metaphr. Sur. 13. Martii, tom. 2.

Qua humilitate, & reverentia Henricus Junior Anglorum Rex sepulchrum B. Martyris Thomæ visitaverit, non ac re hic notandum est. U enim vidit Ecclesiam Cantuariensem, desiliens equo, veste lanæa, & nudis pedibus, pedes usque ad illam per paludes, & acuta laxa cum summa devotione perrexit, in oratione ad sepulchrum gloriosi Martyris in lachrymis tam devotus extitit, ut videntes ad lachrymas cogeret. Feria sexta illuc venerat, & impransus tota nocte ibi vigilavit. Sigeb. in Chron. an. Dom. 1175.

LUTHFRANDUS, Longobardorum Rex, audiens, quod Saraceni depopulata Sardinia, loca illa, in quibus ossa B. Augustini erant, dehonestarent, quæ propter Saracenorum devastationem de Hyppona illuc usque delata fuerant, legatos illuc direxit, qui dato multo auro pretiosas illas reliquias secum detulerunt usque Genavam, ubi præfatus Rex personalem occursum, cum magno gaudio, & devotione ipsas Papæ Greg. II. deferens, in Ecclesia B. Petri Apostoli, quàm extruxerat, honorificè sepelivit. Mart. Polon. an. Dom. 715.

FRANCISCUS Borgia tertius ab Ignatio Societatis Jesu Praepositus Generalis, Sanctorum reliquias, imaginesque religiosè venerabatur, splendideque adornari curabat, nusquam affirmans, gemmas, aurum, argentumque dignis impendi, vertique, quàm in auctores Dei, divorumque cultum. Cùm manibus eas tractaret, summa animi voluptate in his voces erumpebat: Salve te pignora nobis in hoc exilio, lachrymarumque valle degenibus à Deo relicta, atque deposita: Salve salutis nostræ spes, atque solatium. Erit, erit dies illa, cum decorem indui cineres, hospites nunc beati, æterna illa luce perficemini, & animæ sole candidiores, thronusque vester supra firmamentum clarifcent. Ex hoc ipso fonte manavit pia, sollemnique Societatis consuetudo, ut singulis mensibus Sanctorum nomina fortè è situla educantur, distribuunturque singulim: quo die votis conceptis, religiosèque perfolunt, opem sui quique Divi implorant. Didicerat id in gentilitia Borgia familia Franciscus, in qua illum olim morem viguisse constat. In vita ejus 1.4. c. 117. & 18.

Incredibilis Deicura, & prudentia in reliquiis Sanctorum conservandis.

EX S. SCRIPTURA.

Deus ipse, ut scribit Hieronymus contra Vigilantium, corpus Moysis honoravit, dum illud propriis manibus sepelivit. Deuter. ult.

HISTORICA.

Non est putandum temerè illud à Christo Domino dictum ad omnes sui sectatores: Capillus de capite vestro non peribit, & omnes capilli capitis vestri numerati sunt, nolite timere. Et rursum alibi à Vate: Custodit Dominus omnia ossa eorum. unum ex his non coneretur: Quæ quamvis omnino ad exitum perducentur divinitus, cum resurgemus universi, tamen ad hæc etiam tempora pertinere, quantum ad sanctos; & eventus rerum multarum declarat, ut apparebit, & ipsa verborum significatio generalis ostendit: alioquin tam boni, quàm mali resurgens, & singulis nihil peribit. Mirum namque, ac non nisi divinum nonnullorum vatium, qui ante annorum tria millia migrarunt è vita, ad nos corpora pervenisse, & tot Apostolorum, Martyrumque, & Sanctorum, quorum memoriam conati sunt cunctis viribus abolere Imperatores, Reges impij, universæque gentes, tanto cum honore reliquias conservatas fuisse. Atque hoc quidem plurimis commune; speciatim verò cœlestis lux in aliquibus tuendis cura patris æterni. Sebreno namque Eleutheropoleos Episcopo MICHEAS, & ABACUC Prophete in somnis apparuerit, & quinam forent, & ubi corpora eorum jacerent, mandantes illa profert manifestò prodiderunt. Sozo. l. 7. bist. Eccl. c. ult. Ado. Treverens. atate 6. an. 396. Baron. tom. 5. ann. Dom. 406.

Quid de corporibus Apostolorum PETRI, & PAULI ad Constantiam Augustam scribat D. Gregorius Magnus, hic adiciamus. Dum beata recordationis, inquis prædecessor meus, quia argentum, quod supra sacratissimum corpus Petri Apostoli erat, longè tamen ab eodem corpore, ferè quindecim pedum spatio, mutare voluit, signum ei non parvi terroris apparuit. Sed & ego aliquid similiter ad sacratissimum corpus

pus S. Pauli Apostoli meliorare volui, & quia necesse erat, ut A iuxta sepulchrum ejusmodi effodi altius debuisset, prapofitus loco ipsius ofa aliaque, non quidem eidem sepulchro conjuncta reperit, quae quoniam levare praesumpfit, atque in alium locum transponere, apparentibus tribubus quibuldam signis subita morte defunctas est. Greg. Magn. lib. 3. epist. 30.

De corporibus EORUNDUM Apostolorum quid praeter dictum sum? dum confiter, quia eo tempore, quo passi sunt, ex Oriente fideles venerunt, qui eorum corpora, sicut civium suorum, repeterent, quae ducta usque ad seipsum urbis milliarium, in loco, quid dicitur ad Catacumbas, collocata sunt: sed dum ea levare omnis eorum multitudo conveniens niteretur, ita eos vis tonitru, atque fulguris nimio metu percussit, atque dispersit, ut talia denud nullatenus attentare praesumpserint. Tunc autem excentes Romani eorum corpora, quihoc ex Patris pietate meruerunt, levarunt, & in locis, quibus nunc sunt condita, posuerunt. Idem ibid.

BARTHOLOMÆUM Apostolum apud Asiam passum agonis ipfius narrat historia: Post multorum verò annorum spatia de passione ejus, cum iterum Christianis persecutio advenisset, & viderent gentiles omnem populum ad ejus sepulchrum concurrere, eique deprecationes assidue, & incensa deferre, invidia illic abutulerunt corpus ejus, & ponentes in sarcophagum plumbeum projecerunt illud in mare, dicentes; Quia non seduces amplius populum nostrum. Sed providentia Dei cooperante, per secretum corporis ejus, sarcophagum plumbeum, a loco illo quae subvehentibus sublevatum, delatum est ad Insulam, vocabulo Liparis: revelatumque est Christianis, ut illud colligerent: collectumque, ac sepulchrum, edificaverunt desuper templum magnum. In quo nunc invocatus, prodesse populis multis, virtutibus, ac beneficiis manifestatur. Greg. Turon. glor. mart. l. c. 34.

Cum Anthemius Salaminae Episcopus iustus fuisset ad regiam urbem Constantinopolitanam se conferre, & adversus Antiochenos coram Patriarcha causam dicere, prae timore se corpore fecit, Petri Fullonis Ariani infidias suspectas habens. De quo se Alexander: Erat tunc Salaminae urbis Episcopus. Anthemius, vir comprimis admirabilis, quod ad rectam fidem, & vitae innocentiam pertineret, sed ad disputationem cum adversariis sustinendam parum valebat. Cum igitur acciperet fluctuatione fluctuaret, neque certum haberet, quid ageret, num videlicet Constantinopolim proficisci deberet, necne, nocte in somnis astitit illi quidam, divinam quandam speciem prae se ferens, & luminis splendore multo effulgens, lucidaque veste indutus, ac sacro habitu decorus; qui & haec dixit: Cur ita tristis es, Domine Episcopus? Quomodo tantus iste torpor te corripuit? Cur vultus tuus ita concidit? Nihil mali ab adversariis tuis patieris. Haec cum dixisset, ab Anthemio discessit: qui expertus, & perterritus timore Episcopus, in faciem se prostravit, & multis lachrymis ita Deum deprecatus est: Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, adjuva Ecclesiam hanc. Scio autem, quod illam adjuvas. Si visio haec a te profecta est, fac quae volo, ut ea iterum, ac tertio mihi ostendatur, ut mecum esse certo scire possim. Quod & factum est secundum ejus vota. Cumque tertia jam esset apparitio, ait sibi apparenti Episcopus: Quae, Domine mi, dic, quae es tu, qui haec mecum loqueris? Tunc ille ait: Ego sum BARNABAS discipulus Domini nostri Jesu Christi, segregatus a Spiritu sancto, ut una cum Paulo Apostolo electionis vase munus D Apostolicum inter Gentes exercerem. Hujus rei signum hoc habebas: Egredere extra urbem occidentem versus istadiis quinque in eam regionem, quae Sanitatis locus appellatur (per me enim Deus ipse in loco illo miracula efficit) & sub arbore siliquae effodias: speluncam enim, atque arcam invenies, quoniam illic totum corpus meum relictum est, & conditum, & Evangelium propria manu scriptum, quod a sancto Apostolo, & Evangelista Matthaeo excepit: quoniam verò adversarii tui fursum, & deorsum miscentes omnia, & jura quadam obicentes, tecum disceptant, Antiochiae sedem Apostolicam esse contententes, & tu contra jus tuum illis opponas: Et mea, inquit, sedes Apostolica est, nam & Apostolum habeo in patria mea. His dictis, Barnabas discessit. Episcopus vero Deum expectectus adoravit, totoque Clero, & populo Christianissimo congregato exiit cum locum, quem per revelationem didicerat, multo apparatu, & Crucis ipsa praerata. Cumque preces ad Deum misisset, iustus locum effodi: quem postquam paululum fodissent, invenerunt speluncam lapidibus obstructam. Illis autem sub-

latis apparuit arca illa: quae detecta, invenerunt venerandas sancti, & venerabiles Apostoli Barnabae reliquias, suam gratia spiritualis odorem spirantes. Invenerunt etiam Evangelium supra Barnabae pedes impositum. Illam vero arcam plumbeo signo munierunt. Cumque Deum precati essent, discesserunt, viris religiosi in eo loco ab ipso Episcopo constitutis, qui vespertinis, & matutinis hymnis Deum collaudarent. Ille ergo indignior Episcopos secum habens, venit in urbem regiam Constantinopolim, & ad Patriarchae domum deductus est. De cujus adventu cum Imperator audisset, Patriarchae ipsi mandavit, ut cum Synodo, quae illic convenerat, omnium Patrum controversiam audiret, & quod illi videretur, decerneret. Coacto igitur Concilio, cum causa illa tractaretur, adversarii adferre sua jura, ut sibi videbantur, quod Antiochena sedes Apostolica, & Patriarchica esset, ob idque contendebant, & alias Provincias sibi subjectas esse debere. Haec cum affererent, iis, qui praesentes erant rationi consentanea dicere videbantur. Beatus vero Anthemius pulem moratus, contra obicentes: Et mea, inquit, sedes Apostolica fuit, inde usque a principio, & libertate honorate, qui & Apostolum habeo in patria mea, integro corpore constantem, beatissimum, inquam, illum sanctum Barnabam sanctarum laudum praconis celeberrimum. Hoc cum Anthemius opposuisset, nihil loci adversariis relictum est, cum Episcopi, qui praesentes erant, silentio Anthemii orationem confirmassent. Adversarii vero rubore perfusi, muti remanserunt, responso illo tanto percussit. Bar. tom. 6. Ann. Eccl. an. Dom. 487.

Cum per S. Ambrosii monitiones, nec ullatenus Justinæ Imperatricis petulantia compepsi posset, & ceo ex sanctis, & terra ex repositis sanctorum Martyrum sacris reliquiis impartitur: Deo dignissimo sacerdoti praesidium. Quoniam autem modo id accidit a Sancto Augustino, qui interit, primum hac accipe: Tunc memorato Antistiti tuo per visum aperuisti, quo loco lateret Martyrum corpora GERVASII, & PROTASII, quae per tot annos incoerupta in thesauro secreti tui recondideras, unde oportuit promeris ad coerendum rabiem saemineam, sed regiam: cum enim propalata, & effusa digno cum honore transferretur ad Ambrosianam basilicam, non solum, quos imundi vexabant spiritus confessis eidem demonibus sanabatur; verum etiam, quidam plures annos cecus civis, civitatisque notissimus, cum G populi tumultuosus laetitia causam quaesisset, atque audisset, exiit, atque eo se, ut duceret, ducem suum rogavit. Quo perductus, impetravit admitti, ut sudario tangeret ferretur in conspectu tuo pretiosa mortis Sanctorum tuorum. Quod ubi fecit, atque admovit oculis, confestim aperti sunt, inde fama discurrens, inde laudes tuae ferventes, lucentes; inde illius inimicae animus, est ad credendi sanitate non applicatus, a persequendi tamen furore compressus est, Gratias tibi Deus meus. D. August. lib. 9. conf. c. 7. Bar. tom. 4. an. Dom. 387.

Cum quodam tempore S. FRANCISCUS in deserta quadam oraret Ecclesia, in Provincia Massæ apud montem Casalem, intellexit per Spiritum, sacras ibidem remansisse reliquias, quas cum longo tempore defraudatas honorificentia debita non sine meoore conficeret, praecipit fratribus, ut eas cum reverentia deferrent ad locum. Sed cum, poscente causa, discessisset ab eis, mandati patris immemores filii obedientiae meritum neglexerunt. Die vero quadam, cum sacra celebrare vellent mysteria, superiori altaris operimento submoto, ossa pulcherrima, & redolentia nimis non sine H admiratione reperit; intuentes reliquias, quas non hominis manus, sed Dei virtus attulerat. Reversus paulo post vir Deo devotus, diligenter capie exquirere, si, quod de reliquiis mandaverat, esset impletum. Verum neglecta obedientiae culpam Fratres confitentes humiliter, cum poena veniam meruerunt. Et ait vir sanctus: Benedictus Deus meus, qui per se ipsum implevit, quod vos facere debuisset. Considera diligenter divina providentia curam circa pulverem Sanctorum; & humilis Francisci excellentem in oculis Dei perpende virtutem. Nam cujus iustus non parit homo, votis obediavit Deus. D. Bonav. in vita S. Francisci c. 6. apud Sur. Off. 4.

FRANCISCUS Xaverius, cum navigaret in amplissimas Sinarum regiones ultra finem Gangeticum, & auream Cheronesum, discessit in navim: vectores ejus corpus in fovea calcis condiderunt eo consilio, ut ardore calcis absumeret caro, atque ubi redirent, ossa possent asportari. Post multos menses eo reversi viderunt integri cadaver, nulla parte, quae maxima illis fuit

foit admirationi excessum: & quia nonnulli, qui sancto viro, A dum vixit, parum fuerant æqui, dum conderetur, malleo contuderant superaggestam carnem, quo confringerentur ossa, & artus, infingere in aliquibus membrorum locis carnem fœvis contulam, & è cicatricibus extremis sanguinem recentem profusisse, in reliquis, corpus intactum. Quocirca navi impositum Goam longissima navigatione post menses plurimos nulla tunc corruptum, nullo fœtore detulerunt; ubi miraculis innumeris illustrum, quasi omnium Indiarum Apostoli celeberrimi ab indigenis, in honore maximo habetur. Ex Petro Mass. lib. 15. hist. Thom. Bozjus de sign. Eccl. Dei, tom. 2. lib. 15.

Placetic adscribere, quae de Olympiade narrat Nicephorus Callistus. Postquam Nicomediae sancta Olympias obiit diem suum, priusquam sepulturae mandaretur, temporis ejus Nicomediensi Episcopo in somnis praecipit, ut venerandas reliquias arcule impositas alto mari committeret, quocunque locorum illa cursum teneret, ibi corpus ejus sepeliretur. Id ab Episcopo factum; & arca ad marium locum delata est, ubi Apostoli Thomae delubrum positum est. Ab incolis locus is Bothridictus. Ubi celesiti visu admoniti, qui regionem B eam incolunt, sacras ejus reliquias ad sanctiorem sacrificii aram posuerunt, quas innumetabilium morborum cura, & demonumque expulsiōe, & aliis prodigiis, quae supra hominum opinionem illi sunt exhibitae, Deus dignatus est. Memoriam quoque proditum est, postea incursionem hostili templum hoc Apostoli incensum fuisse, & Arcam quidem flammis consumptam, ipsas vero reliquias in fluctus maris projectas, & eo loco undam conventam constituisse. N. Jepp. Callistus lib. 13. c. 24. & idem Bozjus ibid.

* EFFECTUS VARI PER SANCTORUM RELIQUIAS A DEO CONCESSI.

Coniicitur in sepulchrum ELISÆ Prophetae cadaver hominis cuiusdam defuncti: subito, ubi Elisai ossa attingit, surrexit homo vivus. Ex Reg. 4. c. 13.

Simoon Metaphrastes recitat in vita sanctorum Cyri, & Joannis, quod vicus quidam à Canopo civitate duorum stadiorum spatio distans, quem Manurbe nominabant, erat C malignorum spirituum infidius infestus omnibus, quem Theophilus Praeses Alexandrinus saepenumero ab ea peste liberare voluerat, sed morte tandem praeventus, quod tota mente meditabatur, ad exitum perducere non potuit. Huic Cyrius successit: qui cum pari diligentia in eam rem incumberet, & vota, & preces ardenti studio Deo nuncuparet, ut viam, modumque ostenderet, quo malignorum hostium ceteram ex eo loco profligare posset, Angelus Domini ei in visione apparens mandavit, ut sacra Martyrum Cyri, & Joannis corpora una cum sanctissimi MARCI Evangelistae reliquiis in eum locum transferrent, quorum praesentia demonibus continuo in fugam verterentur. Hac itaque occasione sacrae martyrum reliquiae translatae sunt, quarum adventu maligni spiritus in fugam versi sunt, & locus omnipotenti Deo cum maximo totius populi gaudio consecratus est. Ex Simoon. Metaphr. Jan. 31.

Vitoriana villa dicitur, quae ab Hippono regio minus triginta millibus abest. Memoria martyrum ibi est Mediolanensium GERVASII, & PROTASII: Portatus est die quodam eò adolescens, quicum de medio ætatis equum ablueret in fluminis gurgite, demonem incurrit. Ibi cum jaceret, vel morti proximus, vel simillimus mortuo, ad vespertinos illuc hymnos, & orationes cum ancillis suis, & quibusdam sanctimonialibus ex more domina possessionis intravit, atque hymnos cantare coepit. Qua voce ille quasi percussus, & excussus est: cumque terribili fremitu altare apprehensum movere non audens, sive non valens, tanquam eo fuerit alligatus, aut fixus tenebat: & cum grandi exultu parci sibi rogans, confitebatur, ubi adolescentem, & quando, & quomodo invasisset. Postremo se exiitum esse denuntians, & membrorum singula nominabat, quae se amputatum exiens minabatur: atque inter hac verba discessit ab homine. Sed oculis ejus in maxillam subitum fuisse ab homine. Sed radice pendebat, torumque ejus medium, quod nigellum fuerat, albicabat. Quo viso, qui aderant, cucurrerant autem etiam illi vocibus ejus acciti: & se omnes in orationem pro illo statuerunt: quibus enim sana mente stare gauderent, rursus tamen propter oculum ejus contritati medicum querendum esse dicebant. Ibi maritus fororis

ejus, qui cum illò detulerat: Potens est, inquit, Deus, Sanctorum orationibus, qui fugavit demonem, lumen E ei reddere. Tunc, sicut potuit, oculum lapsam, atque pendentem loco suo revocatum ligavit oratione, nec nisi post septem dies putavit esse solvendum. Quod cum fecisset, sanissimum invenit. D. August. lib. 22. cap. 8. de Civit. Dei.

Quid ad Sanctorum Martyrum venerandas reliquias per Vigiliam ad Simplicianum missas mirandum contingeret. Paulinum rem gestam probe testatam ita scribit: Siffinii etiam, Martyrii, & Alexandri martyrum, qui nostris temporibus, hoc est, post obitum S. Ambrosii, in Anania partibus, persecuentibus Gentilibus viris, martyrii coronam adepti sunt, cum reliquiis Mediolanensium summa cum devotione susceperunt, adveniente quadam caeco, & referente, cognovimus, qui eodem tacto loculo, in quo sanctorum reliquia portabantur, lumen recepit, eo quod per visum noctis vidisset navem appropinquare littori, in qua erat multum albatorum. Quibus descendensibus ad terram, cum unum de turba praecaretur, ut sciret, qui essent illi viri, audierit, Ambrosium, ejusque confortes: Quo auditio nomine, cum praecaretur, ut lumen reciperet, audivit ab eo: Perge Mediolanum, & occurre fratribus meis, qui illò venturi sunt (designa diem) & recipies lumen. Erat enim vir, ut ipse referebat, de litore Dalmateno: nec se ante venisse in civitatem assererat, priusquam recto itinere reliquiis sanctorum occurrisset, nondum videns; sed tacto loculo, vidit e capisse. Ex Paulin. in vita Sancti Ambrosii, in fin. Baron. tom. 5. ann. Dom. 400.

Cum Beatissimi Episcopi Germanus, & Lupus sola nuditate verborum diu inaniter contra Pelagium veritatis Christianae hostem insensibilium disputarent, tum subito quidam Tribunitia potestatis cum conjugie procedit in medium, & FILIAM decem annorum caecam curandam sacerdotibus offerens, quam illi adversarii offerri praeciperunt: sed illi conscientia puniente deterriti, jungunt cum parentibus preces, & curationem parvulae a sacerdotibus deprecantur. Qui inclinatos animo adversarios intuentes orationem breviter fundunt. Ac deinde Germanus plenus Spiritu sancto invocac Trinitatem. Nec mora, adhaerentem lateri viri capulam cum sanctorum reliquiis collo avulsam manibus comprehendit, eamque in conspectu omnium puella oculis applicuit. Quos statim, evacuatis tenebris, lumen veritatis implevit. Exultant parentes, miraculum populi contremiscit, postquam diem ita ex animis omnium suo iniqua deleta est, ut sacerdotum doctrinam sitientibus desideris festarent. Beda lib. 1. bist. gent. Angl. c. 18.

Curientis quidam Episcopus, cujus nomen è memoria exiit, cum Victore ejus nominis tertio Romano Pontifice è Germania veniens, ejus in obsequio Romae morabatur. Hic puerum ab utero matris mutum habebat, quem pro mercede animae suae pascentes, ac vestiens; quocumque ibat, secum ducere consueverat, in cujus vacuo ore nec indicium quidem linguae inesse videbatur. Qui etiam Episcopus ex mirabilibus ad B. Leonis tumulum patris, similiter ut Papa, in incredulum animo gerebat. Cum igitur quadam die ad sedem sui Episcopatus, jam accepta licentia, reverti decrevisset, Ecclesiam B. Petri Apostoli orationis gratia ingressus, postquam B. Petrus se attentius commendavit, suis cum clientibus equis ascensus, puero in eadem Ecclesia oblitio, festinus viam, quae cum ad suam ducerebatur patriam, egressus. Urbe gradiebatur. Cum itaque longiusculè adhuc esset H ab Urbe profectus, repente ei in memoriam rediit, quòd mutum puerum in ecclesia Petri Apostoli reliquisset. Qui mox substitit, ac famulos suos, à quibus puer reduci deberet, quosdam remisit. Igitur cum illi Apostolorum Principibus basilicam essent ingressi, conspicuit puerum ad tumulum Beati Leonis stantem, atque cum iis, qui circumstantibus loquentem. Illis itaque mirantibus, & qualiter hoc sibi evenisset quaerentibus; puer inquit: Postquam Dominus meus hac in Ecclesia me relinquens discessit, huc ad sepulchrum B. Leonis me contuli, si forte omnipotens Dominus, officium, quo carebam, vocis, meritis ejus mihi restituere dignaretur: Nec sum meo, quod corde posebam, voto frustratus, sed mox, ut ante ejus venerandam memoriam lachrymans aliquid tantulum prostratus jacui; illico recepta voce loquens, ut ipsi videtis, surrexi. Ab illa itaque die (quod memorabilis est) coepit in ore ejus lingua, quae defecerat, paulatim crescere, ita ut intra paucos dies pleno ore linguam perfectè reciperet, & verba sine impedimento sonaret. Denique